

non scribam hoc tempore? Dii ne Deaq; peius perdant, quam perire me quotidie sentio, si scio.

Homer. Quid memorem primùm, dici cùm plurima possint.

Schemate hoc passim utitur Cicero, ut in Ligariana: Itaq; quò me vertam nescio.

Vertin. ult. Quid agam iudices? quo accusationis meae rationes conferam? quò me vertam?

Pro Amer. Quid primùm querar? aut unde potissimùm ordiar? aut quod, aut à quibus auxilium petam? Deorùmne immortalium? populine Romani.

Ibid. Nec quomodo dicam, nec quomodo taceam, reperire possum, &c.

C A P U T X X X I I .

C O M M U N I C A T I O

est deliberatio cum aliis (auditore, adversario vel iudice.) Græcè dicitur *Ἀνακρίνωσις* ut Actor. 4. 9. Vos ipsi iudicate an iustum sit in conspectu Dei vos potius audire quàm Deum.

(Ita Petrus & Iohannes respondent sacerdotibus & Sadducæis, in concilio ipsis ne docerent in nomine Iesu interdicientibus. Vbi per *ἀνακρίνωσιν* ipsorummet iudicium in concilium adhibent. Quandounque enim vel auditorem in consilium adhibemus, vel adversarium ipsum consulimus, vel cum iudicibus deliberamus, hæc ipsa deliberatio dicitur Communicatio; Fab. l. 9. c. 2. Huc refertur *Ἐπιτρέψω* permissio cùm videlicet auditori aliquid æstimandum relinquimus, ut, *Tuum est, Cæsar, qui pro multis sæpè dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre.* Cic. pro Deiot.)

Differt ab Addubitatione: quia hæc secum deliberat: illa v. cum aliis.

Exem-